

nemo scribere melius posset quam qui videre illum et consulari
 tum eo in cenobio meruit. In omnibus sane fuit sollicitus
 ut se bonis operibus uirtutum subditis semper preberet
 uiuum exemplar: ne aut bona predicans opere semetipsum
 negligeret si aliter uiueret: aut doctrinam uerbi subtra
 hens inutilis pastor subditis tamquam mutus non ualens la
 trare uideretur. Unde quicquid exemplo non docuit nemo
 alius potuit operari. Anno primo **Sigeri** abbatum impr
 Otto primus ciuitatem maguntinam obsidione uallauit.
 Secundo aut anno qui fuit dñi. **Dccc. lxxij.** **Vuifridus** archi
 epus coloniensis. **xxviij.** anno pontificatus sui obiit. Por
 ro destitutus clerus et populus unanimes deliberatione
 in uirum domini brunonem fratrem **Othonis** imperatoris
 primi conspirant quem missis primoribus ecclie ipsius
 et petunt et consequuntur eum pontificem. cuius monumenta
 uigilantie in edificijs et ornatu etiarum usque in hodi
 ernum diem multiplicata colonie uisuntur. Eodem anno **fri
 dericus** archiepiscopus maguntinus obiit: cui **Wuilmus**
 filius **Othonis** imperatoris primi successit qui de ipso
 ita in chronica scribit. Anno inmensa die mariani
 omis. **Dccc. lxxij.** Indictione. **xij.** beate memorie domini
fridericus sancte maguntinensis ecclie archiepiscopus.
viii. kalend. nouembrijs obiit. Eodem uero anno ego
Wuilmus tante successione indignus. loco eius cum
 consensu cleri et populi eiusdem sancte sedis. **xvi.** kalend.
Januarij in loco **arnsteden** sum electus. et in die. **ix.** kal.
Januarij maguntie ordinatus. **Hec** sunt uerba **Wuithi.**
Claruit his temporibus in **saxonia** **Wundching** monach
 sancti **Witi** in corbeia uir in diuinis scripturis doctus
 et in secularibus literis eruditissimus qui scripsit ad
Mechildem filiam **Othonis** imperatoris primi abbatissam
 uidelicet in **quetelburg** sicut supra diximus de gestis
Henrici primi **Othonis** primi. et origine **saxonum.**
 hystoriam tribus libellis digestam. **Uitam** quoque sancti

Bruno frat
 imperatoris
 fit archiepiscopus
 coloniensis.

Wuilmus
 filius imperatoris
 fit archiepiscopus
 maguntinus

Wundching
 monachus
 et scholasticus
 Corbeiensis.